quem ſcilicet integrum diuiſum eſt, indicat. Tales ſimplices minutiæ cõmuni more ſic pronunciantur, ut numerator nomine numerali cardinali, ut uocant, denominator uero numerali ordinali exprimatur, ut minutia $\frac{4}{9}$, pronunciatur quatuor nonę, illa uero $\frac{13}{28}$, tredecim uigeſimæ octauæ, & hæc $\frac{111}{365}$, centum & undecim trecenteſimæ ſexageſimæ quintæ. Sic reliquas omnes expreſſeris.

Da proportionibus minutiarum. ca: 1.

Antequam ulterius progrediamur, non alienum fuerit obiter prius minutiarum proportiones huc deſeruientes attingere. Ea res proportionibus quibuſdam adductis rectiſſime explicabitur, quarum precipua & quaſi caput ad reliquas eſt.

Propoſitæ minutiæ numerator eandem ad ſuum denominatorem habet proportionem, quam habet ipſa minutia ad ſuum integrum.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft